

benda, retineoque 2. nimirum 1. propter denam numeri 19. & 1. propter 10. à quibus detraximus 9. &c. Tandem ex eadem figura 7. inuenta in 1. fiunt 7. additisque 2. quæ seruauimus, fiunt 9. qua subducta ex 9. nihil superest, idcirco nihil scribendum est sub 9. eritque sequens punctum, quod est vltimum 7889.

Postremo tota radix 67. hætenus inuenta duplicanda est, vt fiant 134. per quæ diuido punctum vltimum 7889. relicta tamen figura 9. supra punctum posita: Et dico. In 7. continetur 1. quinquies. Pono ergo 5. in Quotientem, & post diuisorem 134. & figuram 5. duco in totum numerum 1345. hoc modo. Ex 5. in 5. fiunt 25. ablatisque 5. ex 9. supersunt 4. quæ pono sub 9 & referuo 2. propter 20. Atque iterum dico. Ex figura 5. inuenta in 4. fiunt 20. additisque 2. quæ seruauimus, fiunt 22. De tractis autem 2. ex 8. supersunt 6. quæ sub 8. scribo: & mente retineo 2. propter 20. siue duas denas. Rursus dico. Ex inuenta figura 5. in 3. fiunt 15. additisque 2. quæ seruata sunt, fiunt 17. Demptis autem 7. ex 8. remanet 1. quam pono sub 8. & referuo 1. propter 10. siue propter vnã denam. Tandem dico. Ex eadem figura 5. inuenta in 1. fiunt 5. additaque 1. quã seruauimus, fiunt 6. quæ subtracta ex 7. relinquunt 1. quã sub 7. pono. Atque ita tota radix inuenta est 675. supersuntque 1164. Ex quibus formatur fractio hæc  $\frac{1}{1} \frac{1}{3} \frac{6}{5} \frac{4}{1}$ . ita vt radix propinqua (vt in appropinquatione radicũ in sequenti cap. dicemus) sit  $675 \frac{1}{1} \frac{1}{3} \frac{6}{5} \frac{4}{1}$ . minor tamen; quam vera, cum eius quadratus numerus hic tantummodo  $456788 \frac{1607533}{4825401}$ .

Atque